

dimus, numeros vocabant et ipse fatetur 1. De anima capite 2:<sup>23</sup> *Formae vero numeri hi sunt rerum.* Et 1. Sapientiae capite 5. statim post allatam narrationem superius a nobis:<sup>24</sup> *Videntur etiam isti numerum putantes principium esse et ut materiam entibus.* Hoc 5 Philoponus negat commentario 10. eius in locum allatum: καὶ τούτους ἀρχὴν οὐχ ὑλικήν, *et hos principium, non materiale tamen.* Quod confirmatur ex hoc eodem Philopono et Simplicio locis citatis nec non ex Aristotelis verbis modo positis.

Formae numeri hi sunt rerum, nam si formae sunt, non etiam 10 materiale principium esse possunt, et ex his aliis, quae hoc loco sunt, quibus numeros rerum omnium substantiam esse affirmat: διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἀπάντων.<sup>xvi</sup> Et capite 6:<sup>25</sup> *Hi vero numeros esse aiunt ipsasmet res.* Res inquam non sensibiles 15 modo et materias, sed formales substantialesque et opinabiles et scibiles et intelligibles. Quae cum revera viri illi statuerent, falso eis obiicitur quod est 7. capite eiusdem 1:<sup>26</sup> *Veluti consenteintes aliis physiologis, quod ens hoc ipsum est quod sensibile est et comprehendit hoc quod coelum vocatur.* Tria namque illa praeter hoc 20 ens genera entis noverant. Ex qua falsitate atque ex domestico illi genti loquendi more corruunt omnia, quae fini et infinito ibi opponuntur et ea praeterea, quae interrogat. Quomodo numerus causa sit eorum, quae in mundo fiunt, si nullus alias sit numerus ab hoc quo mundus constat.

Est enim alius etiam numerus ἐν τῷ αὐτοζώῳ, *in ipso animali*, in idea, uti antea docti sumus. Ex qua doctrina dubitationes 25 etiam quae 2. libri Sophiae capitibus 4. et 5. proponuntur ab Aris-

<sup>23</sup> εἴδη δ' {οἱ} ἀριθμοὶ οὗτοι [τοῦτοι] τῶν πραγμάτων. [ARIST. de An. 404b.27]

<sup>24</sup> φαίνονται δὴ [δὲ] καὶ οὗτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ως ὑλὴν τοῖς οὖσιν. [ARIST. Metaph. 986a.15 – 17]

<sup>25</sup> οἱ δ' ἀριθμοὺς εἶναι φασιν αὐτὰ τὰ πράγματα. [ARIST. Metaph. 987b.27 – 28]

<sup>26</sup> ως ὁμολογοῦντες τοῖς ἄλλοις φυσιολόγοις ὅτι τὸ γε ὃν τοῦτ' ἔστιν ὃσον αἰσθητόν ἔστιν καὶ περιείληφεν ὁ καλούμενος οὐρανός. [ARIST. Metaph. 990a.3 – 5]

<sup>xvi</sup> Usp. ARIST. Metaph. 987a.19